

HS DD colon. | eius colon. d. d.<sup>50</sup> esto, eiusque pecuniae colon. eius | colon. cui volet petitio esto.

XCVIII. Quamcumque munitionem decuriones huius|ce coloniae decreverint, si m. p.<sup>143</sup> decurionum | at fuerit, cum e. r.<sup>46</sup> consuletur, eam munitionem | fieri liceto, dum ne amplius in annos sing. in|que homines singulos puberes operas quinas et | in <iumenta plaustraria><sup>144</sup> iuga sing. operas ter|nas decernant. Eique munitioni aed. qui tum | erunt ex d. d.<sup>44</sup> praesunto. Uti decurion. censu|erint, ita muniendum curanto, dum ne in|vito eius opera exigatur, qui minor annor. XIII | aut maior annor. LX natus erit. Qui in ea colon. | intrave eius colon. finis domicilium praedi|umve habebit neque eius colon. colon.<sup>145</sup> erit, is ei|dem munitioni uti colon. parento<sup>146</sup>.

XCVIII. Quae aquae publicae in oppido colon. Gen. || adducentur, ||vir, qui tum erunt, ad decuriones, | cum duae partes aderunt, referto, per quos agros | aquam ducere liceat. Qua p[ar]s<sup>147</sup> maior decurion., | qui tum aderunt, duci decreverint, dum ne | per it aedificium, quot non eius rei causa factum | sit, aqua ducatur, per eos agros aquam ducere | i. p.que<sup>148</sup> esto, neve quis facito, quo minus ita | aqua ducatur.

C. Si quis colon.<sup>145</sup> aquam in privatum caducam du|cere volet isque at ||vir. adierit postulabit|ve<sup>149</sup>, uti ad decurion. referat, tum is ||vir, a quo | ita postulatum erit, ad decuriones, cum non mi|nus XXXX aderunt, referto. Si decuriones m. p.<sup>90</sup>, qui | tum at fuerint, aquam caducam in privatum duci | censuerint, ita ea aqua utatur, quot sine priva|tim<sup>150</sup> iniuria fiat, i. potest. e.<sup>151</sup>

CI. Quicumque comitia magistratus<sup>152</sup> creandis subrogan|dis habebit, is ne qua<sup>153</sup> eis comitis pro tribu acci|pito neve renuntiato neve renuntiari iubeto, | qui eorum quae<sup>154</sup> causa erit, quae tum<sup>155</sup> h. l. in colon. | decurionem nominari creati inve decurionibus | esse non oporteat non liceat.

CII. ||vir qui h. l. quaeret iud.<sup>156</sup> exercebit, quod iudicium | uti uno die fiat h. l. praestitu|tu)m<sup>157</sup> non est, ne quis | eorum ante h. [I]<sup>158</sup> neve post horam XI diei quaerito | neve iudicium exerceto. Isque ||vir in singul. | accusatores, qui eorum delator erit, ei h.<sup>159</sup> III, qui | subscriptor erit, h. II accusandi potest.<sup>160</sup> facito. Si | quis accusator de suo tempore alteri concesserit, | quot eius cuique concessum erit, eo amplius

143) *Maior pars* (post m., p. duae litterae erasae, fortasse d. d.). — 144) *Quae unci* < > *inclusi, insiticia apparet esse* (cf. not. 490). — 145) *Colonus*. — 146) *Scr. pareto*. — 147) *PR . . . S videtur esse in aere*. — 148) *Ius potestasque*. — 149) *Scr. postulabitque*. — 150) *Scr. privati*. — 151) *Ius potestasque esto*. — 152) *Scr. magistratibus*. — 153) *Scr. quem*. — 154) *Scr. in earum qua* (cf. *lex Malacit. cap. 34*). — 155) *Scr. e qua eum*. — 156) *Iudicium(ve)*. — 157) *praestitum aes*. — 158) *Horam primam*. (h. L aes). — 159) *Horas*. — 160) *Potestatem*.